Et voco ibi negationē ꝓpositam quādo cōiungit modo siue modus ꝓcedat siue seqtur: z postpositā quādo coniūgitur verbo infinitiui modi. Exēplū primi. Nō pole est so. currere. vel so. currere nō ē pole. Exēplū secūdi possibile est so. nō currere. vel so. nō currere est possibile. Hec ergo. nō necesse ē so. currere. equivalet isti. cōtingens est so. nō currere. ꝑ primā regulā: z hec. necesse est so. nō currere: equivalet isti. impossibile est so. currere. ꝑ secundam regulā: z ista. nō necesse ē so. nō currere. equivalet huic. possibile est so. currere. ꝑ tertiam regulā: z ita dicatur de ceteris q̄busq̄ aliis ꝛc.

Limitatio 3ª regule.

Ista regula fic limitatur. ¶ Negatio ꝓpositā. s. toti subiecto. z postpositā. s. toti subiecto. z ante copulam z predicatum. facit equipollere fue subalterne. Ratio huius regule cum ponantur due negationes z ambe ante verbum non potest negari verbum: quia vna destruit vim alterius z econtra. remanet ergo propositio in eadem qualitate in qua erat ꝑ se: Deinde cum negatio ꝓponat subiecto toti. si immediet distributionem destruit z inducit particularem. si in uenit particularem destruit z inducit vniuersalē: ideo equipollent. ¶ Dubitat: quare sub cōtrarie non equipollent due negationes ꝓpositā ꝓpositam vel postpositam vel si mul ꝓpositā z postpositam. nō primo modo: q̄ equipollent cōtradictorie. nec tertio modo: q̄ equipollent subalterne. nō etiam secūdo modo: q̄ omnino ide sunt. ꝓpositiones aut equivalentes aliqualiter differre debent pura signoꝝ conuenient in significato. ¶ Nota q̄ equipollentie in modalibus eodē modo sunt sicut in illis de ineſſe. ꝑ illā vertꝫ. ¶ De 3tio. post. 3. ꝑ. post. q̄ subalter. Et ꝑ negationē ꝓpositam dicit magis intelligo quādo coniungit modo siue modus ꝓcedat siue sequatur. sup. tu. taliter negatio coniungit modo q̄ ꝓcedat modum. Et ꝑ negationem postpositā dicit magis ꝛt intelligo quādo coniungit verbo infinitiui modi. supple tu. taliter q̄ ꝓcedat verbum infinitum. Exēplum primi. vt non possibile est so. currere. z so. currere est nō possibile. Exēplum scōi. possibile est so. nō currere. vel sortem non currere est possibile.

De vtre subcontrarijs.

Notandum.

In tertia figura ſpaliter nota q̄ omnes ꝓpositiones ordinate in illa sunt affirmatiue z non est incōueniens q̄ duo cōtradictoria sint simul affirmatiua: quia ille materialī: solum contradicunt z nō formaliter: q̄ tamen nō faciunt contradictoria aliarum figurarum: z de talibus nō est inconueniens q̄ due tales equipolleant: z vna sit affirmatiua: alia ꝛo negatiua: vt ille due. nō necesse est te esse. z ꝓtingens est te nō esse. prima enim est negatiua: q̄ negat verbum principale. ly est secunda aūt est affirmatiua: q̄ verbum principale est affirmatus: vt ps. De aliis aūt verbis nō curo. ¶ Quid autem ſit materialiter repugnare declaratur a Sernone ta diffuse in tractatu consequētiarum super vndecima z 12ª regulā etiam ꝓponendo aut postponendo negationem modo predicto in aliis figuris sit equipollentia mālis z non formalis vt habet videri loco allegato. ¶ Nota ēt q̄ quādo dicit a Paulo: q̄ q̄ negatio postponit debet intelligi cadere supra verbū infinitiui modi z illud habet intelligi dūmodo cadat: etiam super residuum totius orationis infinite. ſ. super accusatiuū vt de

Māfre. Rotādā 5ᵖ.

3ª regule.

Rotādā 5ᵖ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

claratum est supra in ordinando tertiam figuram ꝛc.

Mēghus. Notādū. Cap. 2.

Aduerte tamē ꝙ antiqui magistri laborabant ad cognoscendum equipollentias. Posuerunt. n. quatuor ordines ꝓpositionū modalium: vt declarat Pbs in scō piher. ⁊ in quolibet ordine quatuor ꝓpositiones equivalētes collocarunt. qūo autem debeant sumi ꝓpositiones in quolibet ordine per duas regulas declarabant. Per ꝑmā regulā sumunt ꝓpositiones ꝑmi ordinis ⁊ scōi. Per scōam regulā sumunt ꝓpones tertij ⁊ quarti ordinis. Prima regula ē ista. Cuicūq; dicto affirmato ⁊ negato attribuit posse. eidem ꝓtingens. ⁊ ab eodem removet impossibile ⁊ ab eius contradictorio oppositio removet necesse. per hoc ꝙ dicit affirmato. sumunt ꝓpositiones primi ordinis: ⁊ per hoc qñ dicit negato sumunt ꝓpositiones secūdi ordinis. que regula de se ꝑz. ideo non declaro. Scōa regula. A quocūq; dicto affirmato vel negato removet possibile ab eodem removet contingens ⁊ eidem attribuit impossibile. ⁊ eius contradictorio oppositio ꝓtribnitur necesse. Per hoc ꝙ dicit affirmato sumunt ꝓpositiones tertij ordinis. per hoc ꝙ dicitur negato sumunt ꝓpones quarti ordinis: q̄ doctis clare sunt. Vas ꝓpones distinctas ꝑm ordines suos posui. hic inferi⁹ vt ille clarius appareāt.



Dubitat. vtrū due negōnes equivaleāt vni affirmationi. Ar. ꝙ non. Prio sic. Omne simile adauget suum simile: sed quelibet negatio est similis alteri. ergo quelibet negatio adauget alterā. ergo due negationes magis negant q̄ vna.

Dum ē negationibus. Arguit ꝑ°

Confirm°

Confirmatur. Arguit scō

Confirm°.

Confirmatur. Arguit 3°

Confirmatio

Arguit 4°

Confirmatur. Sicut negatio adauget negationem: ita affirmatio adauget affirmationem. ergo due affirmationes magis affirmant q̄ vna. Confirmat. ⁊ omnis res p quas cumque ozit per easdem augeā. vt colligitur scōo ethi. sz negatio verbi fit per negationem. ergo augebit per negationē. Scōo. negatio ita opponit affirmationi: sicut priuatio habitui. vtputa. tenebra lumini: sed tenebra nō auferet per aliaz tenebrā imo augetur. ergo negatio nō auferet per aliā negationem. imo magis augeā. Cōfirmatur. ⁊ nullum simile destruit suū simile: sed quelibet negatio est similis alteri. ergo nulla negatio destruit aliam. Tertio sic. sicut negatio est causa negationis: ita affirmatio est causa affirmationis. ergo a cōmutata ꝓportione: sicut negō est causa affirmatiōis: ita affirmatio est causa negōnis. hoc ꝓbis est falsum: ⁊ nō sequit ex alio nisi ex hoc ꝙ negatio est causa affirmationis. ergo falsum est hoc. Confirmat. ⁊ sicut se habet affirmatio ad affirmationē: ita negatio ad negōnē: sed affirmatio addita affirmationi magis affirmat vel saltē non inducit oppm. q̄ negō addita negōni magis negat vel saltē nō iducit oppm. Quarto sic. si negatio esset cā affirmationis. hoc esset: ⁊ due negōnes se impedirēt. vna. ſ. impediret aliam. ⁊ ecōtra. hoc aūt est falsum. qō probatur: ⁊ aut vna illarum habet tantū vim quātaz hz alia vel maiorem vel minorē. Si equalem vim ⁊ ab equalibus nō prouenit actio. ergo vna non destruit vim alterius. si vna vim maiorem habet. ergo destruit sociā: ⁊ nō econtra: ⁊ a ꝓportione maioris inequalitatis nō pervenit actio. Confirmat. vis negationis precedentis ꝓpositionē nō impedit ab alia negatione. ergo retinet vis negandi: ꝙsequentia tenet. ⁊ añs probat: quia vis negādi non est nisi supra sequentes terminos. ergo nō est supra precedentes. ⁊ sic scōa non habet vim supra primā. tunc vltra. ꝑma retinet vim negandi. ergo negat. ⁊ si sic. ergo nō affirmat.

Pau. lo. ma 2°. fo. 108. la. 3° pa°.

Confirmatio

A Notādum. Negatio hz duplicē vim

Pro rēspōsione ad hoc argumenta nota ꝙ negatio in ꝓposito habet duplicē vim. vnā principalem ⁊ aliam secūdariā siue ex ꝓnti. Principalis vis eius est negare seu destruere quicqd inuenit. Secundaria vis eius est inducere oppositū eius qō inuenit. prius enim intelligimus aliquid destrui per ipsam q̄z cōstituit hz in eodem instanti fiant hec. Et inducere oppositū eius qō inuenit pōt esse duplr ꝑm ꝙ potest inuenire affirmatum vel negatum. si enim affirmatum inducit oppositū ſ. negationē. si x̄o negatum: inducit oppositū. ſ. affirmationem: ⁊ sic ꝑz ꝙ ex ꝙsequenti negatio pōt facere affirmationē: hz ꝓncipalr semper neget.

B Ad ꝑmū dc.

Ad ꝑmū dicunt quidā ꝙ verum est: ꝙ omne simile adauget suuz simile nisi vnum impediat aliud. modo hic vnuz impedit aliud ratione tertij circa qō agunt: ⁊ non possunt simul esse in illo tertio: ⁊ illud tertium nō est capax illoꝝ duorum.

2ª rīsio.

Vel aliter dicaf. ꝙ omne simile adauget suū simile si est aptum natū augeri aliter nō. modo negatio nō est apta nata augeri: ex quo vna negatio destruit aliam quā inuenit.

3ª rēsponsio

Vel aliter dicaf. ꝙ omne simile adauget suū simile. verum est de his que habent ꝓncipalr vim cōstructiuam alicuius. nō autem destructiuā: ideo non valet.

Ad confir.

Ad confirmationē dicit ꝙ omnis res augetur p illas res per quas ozit si apta nata est augeri: modo negatio nō est apta nata augeri ꝛc.

Ad scōm.

Ad scōm negaf maiorem. imo negatio opponit cōtradictorie affirmationi. vt homo nō homo.

Alia rīsio.

Vel aliter dicaf negando maiorem: siue per negationē intelligimus notam negantē siue negatum. nam si intelligit nota negans nullo modo opponit. si x̄o intelligit negatū: tunc dicit ꝙ affirmatū ⁊ negatum aliter opponunt q̄z priuatiue.

C Ad confir.

Ad confirmationem dicit. ꝙ nullum simile destruit suū simile vel actum suū similis per se: per accidēs tamē pōt eē hoc; sicut vna candela accēsa liquefacit aliā: ⁊ ex consequēti extinguit illam.

Alia rīsio

D Ad tertiū.

Vel aliter dicit. ꝙ verū est in similibus q̄ habent vim ꝓstructiuam. si aūt habent principalr vim destructiuā nō valet.

Alia rīsio.

Ad tertiū dī. ꝙ argum a cōmutata ꝓportione solū tenet in quātitatibus vel ꝓtinuis vel discretis. ió non valet.

Vel alr dī negando ꝙ arguit a cōmutata ꝓportione. naz sic arguit ꝙ sicut se habet añs vnius ad añs alterius. ita ꝓns vnius ad ꝓns alteri⁹ vel ecōtra. sed hoc nō sic arguit ꝛc. Sz dz sic argui. sicut negatio est cā negōnis: ita affirmatio est cā affirmationis: sed negō est cā affirmationis. q̄ affirmatio ē cā negōnis: sz minor est falsa. vel sic. sicut negō est cā negōnis: ita affirmatio est cā affirmationis: sed cā negōnis est cā affirmationis. ergo negō est affirmatio. Sz dicea ꝓcio est falsa: ⁊ nō maior. q̄ minor ꝛc. Ad hoc dī quo ad maiorē. ꝙ qñ Pbs dicit sicut affirmatio est cā affirmationis: ita negatio est cā negōnis. per negōnem nō intelligit notā negōnis: nec p affirmationē intelligit notā affirmationis: sed intelligit victū vel significatū ꝓpōnis negatū vel affirmatū: vt nō esse aial est negatio ꝑm ipsum. ⁊ esse

aial est affirmatio. z tunc minor est falsa. q causa negationis sit cā affirmationis. ¶ Si aut vis intelligere nostrani negōnis. negat maiorē. q nō est aliqua nora affirmationis: que facit ꝓpōnē affirmatiua: ficut est nota negationis: que facit ꝓpōnē negatiuam. vñ sine aliqua nota affirmationis ꝓpositio est affirmatiua: z tñ nō est negativa sine nota negōnis per notā affirmationis intelligo aduerbiū affirmādi: ficut per notam negationis aduerbiū negandi. ¶ Ad confirmationē negat maiorē ad intellectū patuit: q negōis sic hꝫ ad aliam negōnē q destruit illā siue actū eius: sed affirmatio nō destruit actus alterius affirmationis. ¶ Ad 4ᵐ dico. q quelꝫ negatio habet equalē vim cum altera intēsiue: q. sicut vna est apta nata negare q eqđ inuenitur in z altera. Extēsiue autē vna hꝫ maiorē vim q; altera. vnde q̄ plura destruit maiorem vim hꝫ: z ideo negatio cadens super alteram maiorē vim habet extēsiue q̄; alia super quā cadit. Et nō sequit ꝓma negatio destruit vim secūdę: secūda non destruit vim prime. ergo ꝓpō est negatiua: q; prima negatio negat negatū. z illud est affirmare. ¶ Ad confirmationē concedo q ꝓma negatio tuā vim retinet: z cum dicis. ergo negat concedo ꝓnām: z est a vltra. ergo nō affirmat. nego ꝓnām: vnde ꝓncipaliter negat: z sequēti nō affirmat: q; z sequenti inducit oppositum eius q̄ inducit. z cum inuenerit negationē inducit oppositū eius q̄ affirmationē. Et sic pōs solutio ad argumentum.

Ad confir.

Ad quartū.

Ad confir.

Ritius.

Circa hoc caplm. Nota q causa quare hoc capꝫ est inuētum: z eius vtilitas est: q; multotiens in ꝓpōne ponunt multe negōnes: ꝓpter quas talis ꝓpositio fit obscura: z difficilis intellectui quārum ad iuuētē vel extractē vel falsitatē: vr igitur ples negōnes reducant ad nullam vel ad vnam solūmodo est hoc caplm. Et quo sequit ꝙ ꝓpter z cōuenienter dicimus ꝙ ista. nō q̄libet bomo nō currit. equivalet illi. aliqs bō currit. z nō ecōuerso. q̄ difficilior reducitur ad facilioꝛē: z nō ecōuerso. vnde si aliqs petat cui equalet ista. aliquis bo mo currit. dicēs nullus est ꝑtā. cui equivalet ista. nō q̄libet bomo nō currit. dicens illi. aliquis bō currit. ¶ Si vt rollamus verba dicimus ꝙ equipollētia est duplex. s. ꝓpria z impꝛopria. ¶ Equipollētia ꝓpria describit fic. equipollētia est ꝓpōnis ignotioris ratione negōnis: aut negōnis ad ꝓpōnē notiorem in figura equalētia. ¶ Impꝛopria aūt fic describit. equipollētia est equivalētia ꝓpositionis ignotioris ad notiorē in figura. vel ecōuerso. vi negationis vel negōnis. ¶ Et si dicat. quo loquitur magister de equipollētia? ¶ Dicit. q̄ hᵒ. z hinc est q̄ ip se nō potuit regulam de subcōtrarijs: z; postponēdo negōnes huic. aliquis homo est aial. non dicimus ꝓpter q̄ equinalear illi. aliquis bōnō est animal: q; vna non est difficilior alia: sed synonyma. Paulus aūt ꝓq. locutus est de ista equipollētia. z ideo potuit regulā in subcontrarijs. vt ꝓs ab eo. ¶ Sed hic sunt quatuor petitiones.

Dupler est equipollētia.

Petitio 1ª

Responsio. F

Petitio 2ª.

Responsio. 1

Petitio 3ª

Responsio.

¶ Prima petit. qd negatio ꝓpositā huic. nullus homo currit. facit equipollere suo ꝑdictorio. s. huic. aliqs bō currit. ¶ Rñ. q vt dicit sanct⁹ Augu. z auctor modorū. negatio destruit qcq̄ inuenit. z opp̄ponit. cum igitur negatio ibi inueniat vlem negatiuā destruit: z ponit ꝑticulare affirmatiuam. ¶ Scōa petitio. ꝑpter qd negatio postpositā huic. qlibet homo currit. facit equipolle re ꝓrario. huic. nullus bō currit. ¶ Rñ. q negō postpositā nō habet vim destruēdi vlez: ed bene affirmatio nem verbi. z ideo restabit vlis negativa. ¶ Tertia petitio. ꝙ qd negō ꝑpositā z postpositā huic. aliqs homo currit. facit equipollere suo subalterno. s. huic. qlibet bō currit. ¶ Rñ. q est: q; prima negatio. s. ꝓpositā inueniebat affirmatiuam particularē: z destruebat ois ponēdo vniuꝛsalē negativā. Sed scōa negatio. s. postpositā inuenit vniuꝛsalem negativā: z nō potuit destrue re vniuꝛsaliē: q; erat postpositā. Sed bene destruit negatione verbi: ideo restat ibi vlis affirmativa. ¶ Quarta petitio. quę dicit inter dicere synonymum: z ꝑtibile equipollere. ¶ Rñ. q quidquid de terminis in complexis illi sunt synonymi qui sic se habēt ꝙ nō fiat ficat aliquid vel aliqua vel aliquāl' ꝑ vnum quin fi gnificet' per alium: z sic ly homo. in libro meo est synonymum: ꝙ ly homo in libro tuo. z similr ly omnis. z generaliter ois terminus vocalis est synonymus cū mentali cui subordinat. Illi ẋo termini dicunt' convertibiles qui sic se habēt ꝙ pro quocūq; ꝓpositione supponit vnus supponit alter siue imponet aliquid plus siue nō. z sic dicimus ꝙ ly hō. z ly rationale sunt convertibiles: q; pro quocūq; stat vnus in ꝓpositione stat alter: nō tñ sunt synonymi: q; per vnum. puta per ly rationale cōnotat' animal: que non cōnotat' per ly homo. vt ꝓs. ¶ Et sic omnes termini synonymi sunt cōuertibiles: z nō ecōuerso. ¶ Sed dicet. qd de equipollētibus? ¶ Dicimus ꝙ in logica nō dicimus ꝓpie ꝙ termini simplices equipolleant. ¶ Si ẋo loquamur de ꝓpositionib⁹. dicitur ꝙ ille ꝓpositiones sunt convertibiles que sic se habent ꝙ vna infert aliam de forma. z ecōuerso. vt homo currit. z rationabile currit. ¶ Ille ẋo sunt synonyme que sic se habent ꝙ ab vna ad aliam valet ꝓsequētia de forma. z vltra hoc q̄qđ importat' per vnam: z eo modo quo importatur importat' per aliam. vt ꝓs de istis. homo currit in libro tuo. z homo currit in meo. ¶ Propositiones aūt equipollentes loquendo cōmuniter de equipollentia sunt ille que sunt in figura: z vi negationis, vel negationum ab vna ad aliam. valet consequētia de forma: z ecōuerso. vt nonnullus homo currit. z aliquis homo currit. ¶ Et ex hoc ꝓs ꝙ convertibile dividitur per synonymum z equipollens: ficut animal per rationale z irrationale: z ei superius ad illa.

Distinctio cōuersionis.

¶ Capitulum de conuersione.

¶ Cap. sextū primi tractatus.

Diuisio conuersionis.

Conuersio est trāspositio subiecti i predicatum z econuerso. vt homo est aial: animal est homo. Et hec dividitur in conuersionem simplicez per accidens z per contrapositionem.

Conuersio

Te Mēgbus.

Conuersio ẋ potest accipi. Pro toto ꝺ cap. vide pa. log. ma. 2ª a fo. 122. ꝺ. 3ª. vsqꝫ ad fol. 124ᵐ. i. ca. 4. z tra. de. par. to.

pot tripliciter accipi. Uno modo ꝙ convertibilitate terminorum, z sic termini convertibiles dicunt' convertī qui se mutuo inferunt respectu cuiuscunq; verbi z tempozis. vt homo z risibile. Alio modo pro conuertēdo: z sic dicimus terminos relativos cenuerti siue dici ad conuertentia: qui se mutuo inferunt respectu huius verbi est. vt pater z filius. Tertio modo capitur sm vim vocabuli. z est similio verbo z transpositio extremoz ꝓpositionis: z sic dicimus ꝙpositionem conuerti quādo vertimus extrema eius. s. subm in predicatum. z econuerso. z hc acciꝑitur in ꝓposito. Uel potest dici z melius ꝙ est differentia inter conuertibilitatē: conuertētiam: z conuertionē. Convertibilitas enim respicit terminos convertibiles. Conuertentia ẋo respicit terminos correlativos. Sed conuerso respicit extrema ꝓpositionis. ¶ Aduerte circa diffinitionem conuertionis ꝙ ops fic limitare. ¶ Conuerso est transpositio debita subiecti in predicatum z econuerso: vel similium explicite vel implicite. Dicitur primo transpositio: loco generis: q; in ꝑ se hꝫ q̄ conuerso, ois enim cōuerso est trāspositio: sed non econuer-

Blondꝰ ꝑᵐ. Limitatio. ꝛ neo offensa quersionis. ꝛ

so. Dicit ꝫ do debita, ꝑpter consimilē suppositionē generaliter que debet remanere in extremis. ¶ Pro qua particula aduertendū ꝙ si debet fieri recte conuersio termini debent habere consimilē suppositionē generalē ante trāspositionem ꝛ post. Generalis suppositio est materialis ỹpositio ꝙ personaliter ꝙs ꝑ magistrum in sexta ꝛ se prima regula illius capituli. Et aūt cognoscat quō terminj fupponant. ¶ Secūdo ꝑpter consimilem qualitatem ꝓpositionis: que etiā debet remanere in vtraq; ꝓpositione ꝙa aliter non esset bona conuersio: qđ qualiter sit: vide in qōne contra sūmulas. Dicitur tertio subiecti in prædicatū ꝛ ecōtra: ꝙa si fieret trā transpositio vni⁹ extremi nō esset conuersio. Dicitur quarto vel similiter, propter propositionē vocalem cuius subiectum non potest transponi in prædicatum nec ecōuersa; cum subiectum est prolatum non amplius pōt resumi. Dicit quinto explicite vel implicite propter rales. ꝛ ecōuersio: vt si dixeris. omnis homo est animal ꝛ ecōuersa ly ecōuerso est implicite conuertens illius. omnis homo est animal; ꝙ equitalet huic. omne animal est homo. Magister addit alias particulā in logica magna. ſ. copula mentenebit tamē meo iudicio videt superfine ponit quia si copula non maneret in secūda ꝓpositione non esset ꝓpositio. ꝛ consequenter nō esset trāspositio subiecti in prædicatum. ecōuersio. Si tamē velis ꝙ diffiniat conuersio in cōmuni ꝓnt est cōmunis ad bonam ꝛ malam re moueat secunda particula. ſ. debita ꝛoto relicto remanentehoc vide ample contra sūmulas. Et hec diuidit in conuertionem simplicē per accēdēs ꝛ per contrapositiones. ¶ Aduerte ꝙ de ſpēbus conuertionis sunt due opiniones. Una est cōmunis ꝙ tres sunt ſpēs conuersionis. ſ. simplex per accēdēs ꝛ per cōtrapositionē. ¶ Das tres species Boetius assignat in libello de ſyllogismis cathegoricis ꝛ hanc opinionē sequit in presentia magister. ¶ Alia est opinio quā tenet magister in logica magna. ſ. ꝙ tres sunt ſpecies conuertionis. ſ. simplex ꝙ accidens ꝛ preter qđlibet. omne currens est bō. ergo quidā currit est possibile. conuertit in istam possibile est quem currere. ¶ Dubitat. q⁹ videntur esse due alē ſpēs conuertionis vltra illas. Nam facta trans positione extremoꝝ simul cum qualitas ꝛ non qualitas ꝛ vt dicēdo. ois homo est animal. omne aial nō est homo. est conuersio. vt ps per diffinitionem conuertionis: ꝛ tamē sub nulla illarum ſpecierum est. ergo ꝛc. ¶ Item si mutetur q̄ qualitas ꝙ qualitas vt dicendo. ois homo est aial. aliquod aial nō est homo. est etiā ꝓuerso. vt ps. ꝛ sub nulla illarum ſpecierum est. ergo alie ſpēs sunt. renet ꝛ illa ꝙ nihil est in genere quin sit in ſpecie. quarto topicoꝝ. ¶ Dicendū ꝙ argumentū cōcludit ꝙ sunt alie ſpēs ꝓuersionis: sed nō bone conuertionis: ꝙ ꝓuersio diuidit in bonam ꝛ malam: sed solum magister dat ſpecies ꝓuersionis bone. Unde bene do ample contra sūmulas.

Doc nō. ℞ di cit Pau. vt vide: ꝛ pcea in lo. magna

Nota. 2m

Spēs ꝓuersionis sūt tres.

Duⁿ⁹ ſpēs conuertionis

Responsio.

¶ Conuersio simplex est trāspositio subiecti in prædicatū ꝛ ecōuerso manēte eadem qualitate ꝛ quantitate. vt nullum animal currit. nullum currens est animal.

Diffi. ꝓuer. ſim pl. Pau. 2o pu. 3. pub. cor. 2o co. pt. 1. Mor. lio. ma. 6o fo. 2o. fa. 3a. 3m

Aduerte primo ꝙ due ꝓpiciē sūt in hac diffōne. Prima trāspositio subiecti in ꝑdicatū ꝛ ecōuerso ponit loco generis: ꝙ ois conuersio simplex ē trāspositio subiecti in prædicatū ꝛ ecōuerso: nō ecōtra. Secūda particula. manēte eadē qualitate ꝛ ꝗtitate. ell loco dūe pt qđ differt a conuersione per accēs in q̄ non manet eadē ꝗtitas: sed bene ql̄itas. differt ꝛ a ꝓuersione ꝓpositionē: in qua nō manet eadē qualitas: sed bene quātitas. vnde ꝙ qualitate itelligimus ql̄itate ꝓpōnis: ꝛ et terminoꝝ. mō ly in ꝓuersione per ꝓpōnē manet eadem quātitas ꝓpōnis. nō tj manet eadem qualitate ꝓpōnis cum termini finiti in terminos infinitos mutent. huiti aūt termini sine affirmatiui, infiniti aūt negatiui. Cl̄ potes dicere ꝙ ꝙ qualitate nō differt a ꝓuersione per ꝓpōnē: ꝙ qualitate sōli itelligit ql̄itas ꝓpōnis: ꝛ et sicut pdi de diffone ſpēi specialiſſime ꝙ ista est in itelligēda cū ꝓfessione: q aliter ꝓpteret genera ſic. ſpecies est que pdicat de plurib⁹ differētib⁹ numero ſolū tm ꝙ ly ſolū addit ne cōpetat diffinitio generi. Ita diffinitio ij. ꝓpolito ꝓuersionis est itelligēda cū ꝓfessione ſi. Couerſio simplex est trāſpositio subiecti in ꝓtis ꝛ ecōuerſo. manēte eadē qualitate ꝛ ꝗtitate ſolūita q̄ ly ſolū nihil ꝓpotat idē qđ hec ꝓpositia nulla alia variatione facta: qđ nō cōpetit ꝙerſioni ꝓpōnes. ꝛ sic per ista ꝑticulā manente eadē qualitate differt a ꝙerſione ꝓaccidens: ſ. per ly ſolū vel nulla alia variatione facta differt ab illa ꝓ cōtrapōnē. ¶ Aduerte ſcōo ꝙ ſūt due opiniones diuerſe declarātes qđ ꝙ quātitate itelligere debemus. vna est opio magiſtrāqui vult ꝙ ꝙ quātitate in itelligamus ſupōne ſpālem terminoꝝ. vt ipſemet declarat in tractatu ſ sūmulas. ita ꝙ remanere eādē ꝗtitate in cōuerſa ꝛ cōuertēte est ꝙ termini ſupponāt eodē mō ſpāliter. Dico ſpāliter: ꝙ ſpāles ſupponēs sunt diſcretæ determinatæ confuſæ tm. ꝛ diſtributiuæ: giales ℥o sunt mālis ꝛ ꝑsonalis. ¶ Dicit ergo ſpāliꝝ: ꝙ tenet ſupponāt termini eodē mō ſpāliꝝ in oibus ꝙerſionibus: ℥ nō ſpāliter. In ſimplici aūt cōuerſione debēt ſupponere eodem mō ſpāliter. ¶ Alia est opio cōis quā Sanctus doctor ſequit in logica ſua dicens: ꝙ per quātitatē ꝓpōnis in cōuerſionibus nos debemus intelligere illud idē quod indicat per illum verſum. v. quāta par. in ſum. v. vlez: par ticulariē: indefinitē: ꝛ ſingulariē: ſic remanere eandem quātitatē eſt: ꝙ ſi prima cr vlis: ꝛ ſi ſecūda debet eſſe vlis: ꝛ ſi alterius quātitatis: ꝛ ſcōa debet eſſe eiuſdem. ¶ Ex his ꝓ. ꝙ illa ꝓpō ſortes est bō ſm primā opionē cōuertit in iſtam. bō est ſor. cū ſi ſm ſcōam opionē non poſſit cōuerti: aut ſaltē nec conuertat. Siſr iſta. nō currēs est bō ſm primā cōuertit in iſtā. ois bō currit. cuꝫ tñ nō ſit cōuertibilis ēt ſm ſcōas opiones. Et ſic ꝓ ꝙ multū differūt ſite opiones. ¶ Aduerte 3o. circa diffōnē ꝙ bec cōuerſio dicta est cōuerſio ſimplex ꝙa ſit ſola extremoꝝ trāſpositio nulla alia variatiōe facta in ꝙertēte ꝛ in cōuerſa. ly hoc ver. ſit ſm vtā cōmunē vt dicit ſm intēſionē magiſtꝝ aliqñ ſit alia vtā iter cōuerſas ꝛ cōuertēte: ꝙa ſtat ſm magiſtrū ꝙ cōuerſa ſit ſingularis ꝛ cōuertēs indefinita ꝛ ecōtra: ꝙ ſtat ꝙ vna ſit affirmi⁹ ꝙ quātitatis ꝛ altera negatiua. Et ſi dicā ꝙ in cōuertiōe ſimplici vt ſimpler ſit trāſpositio extremoꝝm. vnde ſi alia variatio ſit illa nō ſit in cōuerſione ſimplici vt ſimpler ꝛ quia in qualibet ſimplici ſit ꝛ etiaꝙ ſolū ſalſum eſt. ¶ Ulti

Corclarius.

Nota. 3m.

dicendum aliter ad principale q̄ conuersio dicta est simplex: quia minor variatio fit inter conuersam & conuertentē conuersionis simplicis q̄ aliarum conuersionum. Unde triplex variatio p̄cipaliter fieri potest: quia aut transpositio extremorum aut mutatio qualitatis terminorum: aut mutatio quantitatis. In conuersione simplici fit prima in alijs ✗o plures.

Diffi. cōuer. per acci. ¶ Conuersio per accidēs est trāspositio subiecti in p̄dicatum & econuerso manente eadē qualitate: sed mutata quātitate: vt omis hō est animal: aliquod animal est homo.

Mēgbus. Horādum. Aduerte circa diffinitum q̄ hec conuersio est per accidens: quia vltra trāspositionem extremorum fit mutatio & variatio alicuius accīdis p̄positionis: veluta quātitatis: siue per quātitatem cu intelligas suppositionem siue vniuersalitatē vel particularitatem. Diffinitio de se nota est per ea que dicta sunt supra. Nam ly transpositio subiecti in predicatum est sicut genus: sed manente eadē qualitate & mutata quātitate est differētia per quā differt ab alijs speciebus conuersionis.

Diffi. cōuer. per cōtra. ¶ Conuersio per contrapositionem est transpositio subiecti in predicatum & econuerso manente eadem qualitate & quantitate: sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos: vt quoddam animal non currit: quoddam non currens: nō est non animal.

Mēgbus. Notandum. Aduerte circa diffinitū q̄ hec conuersio dicta est per contrapositionē: qa termini sumuntur contrario mō quo ad significationē. Nam homo significat hominē. non homo significat contradictorium: cum primus sit terminus finitus: & secūdus terminus infinitus. Quid aūt sit terminus finitus & infinitus dictū est supra. Diffinitio de se nota est. Nā ly trāspositio subiecti in predicatū est genus manente eadē qualitate & q̄titate. est vna dīa per quā differt a conuersione per accīs: quatis terminis finitis in terminos infinitos est vna alia differētia per quam differt a conuersione simplici.

Dubiū quō remaneat quātitas eadem. ¶ Dubium pulcherrū est quō remaneat eadem quātitas i. suppositio in conuersa & conuertente huiusmodi conuersione per contrapositionē: qa de facto termini non supponunt eodē modo in vtraq; vt dicēdo. omis homo est aial. si conuertatur per cōtrapositionē sic. oē non aial est non homo. ille terminus qui supponit distributiue in p̄ma: supponit confuse tm̄ in scōa: & ille terminus qui supponit confuse tm̄ in prima: stat in scōa distributiue.

Responsio. ¶ Ad hoc dicēdum q̄ manet eadem suppositio p̄positionis: nō autem terminorum. verbi gratia. q̄ si in vna p̄positione vt in conuersa est suppō determinata & distributiua: & in conuertēte silr: tm̄ termini nō retinēt eandē suppōnē: qa in conuersa supponunt vno mō & in conuertente alio mō.

Alia rīsio. ¶ Vel dicat. q̄ manet eadē suppositio extremorum p̄ter denominationē: sed nō terminorum: dico nō terminorum: qa termini nō eodē mō supponunt in vtraq; extremorum aūt p̄ter denominationē dico sic: qa subm̄ conuerse & conuertentis eo modo supponunt. Et silr predicatū vtriusq; eodē mō.

Pa. p⁹. pa. p⁹. sophi. cor. 2⁹. l. sophi. 12 quartum. ¶ At autem sciatur q̄ propositionū his conuersionibus conuertantur ponunt̄ isti versus. Feci simpliciter conuertitur ea per acci. Asto. per contra. sic fit conuersio tota. In q̄bus ponunt̄ quatuor littere vocales. s. a. e. i. o. A significat vniuersalem affirmatiuam. e. vniuersalē negatiuā. i. particularez vel indefinitam affirmatiuam. o. vo particularē vel indefinitam negatiuam. Luz ergo dicitur feci simpliciter. i. vniuersalis negatiua & particularis affirmatiua conuertunt̄ simpliciter: conuertit̄ eua per acci. i. vniuersalis negatiua & vlis affirmatiua conuertunt̄ per accīs. Asto. per contra. i. vlis affirmatiua: & particularis vel indefinita negatiua conuertunt̄ per contrapositionē. Harum conuersionum simplex est vtilior: quia vlr si conuersa est vera: conuertēs est vera & ecōuerso: sed nō est ita in conuersione per accidēs vel per cōtrapositionē. nam in conuersione per accidens est conuersa falsa. vt omne aial est homo. & conuertens vera. homo est aial. In cōuersione vo per contrapositionez est cōuersa vera & conuertēs falsa. naz hec est vera. aliqua rosa nō est ſba. nulla rosa existēte: & tamē hec ē falsa. Aliqua nō ſba nō est nō rosa: q̄ suum ꝺdictoriū est verū. vz. omnis non ſba est non rosa. ¶ Contra id qō dictum est da conuersione simplr arg̃ primo sic. Hec est vera. nullus homo est mulier. & hec est falsa. nulla mulier est homo. igitur ꝛc̄. ¶ Secundo hec est vera. nullus cecus videt ens. & hec est falsa. nullum ens videt cecum. ergo ꝛc̄. ¶ Tertio hec est vera. nulla domus est in hoie. & hec est falsa. nullus hō in domo. ergo ꝛc̄. ¶ Ad primū dicitur q̄ illa nō est sua conuertens: ſz ista. nulla mulier est aliquis hō: q̄ debet esse consimilis limitatio in cōuertente & in conuersa. ¶ Ad scōm dico q̄ nō fit de subiecto predicatū: quia nō est predicatum. ly ens: ſz ly videt ens. ideo si conuertitur. ergo nullus videns ens est cecum. ¶ Ad tertium dicit̄ similiter. q̄ illa non est conuertens eius: sed ista. nullū ens in homine est domus: vel ista. in nullo homine est domus: q̄ nō debēt termini mutare casum. quare ꝛc̄.

Mēgbus. Horādū Aduerte circa hos versus: q̄ due opiones sunt. Una est magistri hic. qui vult q̄ isti versus ponant solū gratia exēpli. q̄ nō solū feci. i. vlis negatiua & pticularis affirmatiua ꝙuertunt̄ simplr: ſz q̄libet ꝓpō pōt simplr ꝙuerti in quācūq; aliā in qua fit trāspositio extremorū & maneat eadē q̄litas & eadez suppositio terminorū. Silr nō tm̄ eua. i. vlis negatiua & vlis affirmatiua ꝙuertunt̄ p accīs: ſz q̄libet ꝓpō pōt ꝙuerti p accīs in q̄cunq; aliā in qua fit transpositio extremorū manēte eadē q̄litate: ſz mutata q̄titate. i. suppone. ¶ Alia ꝛo ē opio cōis que vult q̄ isti versus nō ponant tm̄ gr̄a exēpli: imo gratia veritatis: ita q̄ sola vlis negiua & particularis affirmatiua cōuertunt̄ simplr: & ita de alijs suo modo dicat. Et hec opinio per quātitatē nō intelligit suppositionē: sed vniuersalitatē & particularitatē. ¶ Literius

hec opinio vult q̄ libet bona cōuersio sit bona ꝓpositio sive sit cōuersio simplex: sive per accidēs: sive p̄ trapositionē. ¶ Opinio aūt prima vult q̄ solū cōuersio simplex sit vlr bona ꝓpositio. nō aūt alie. De his aūt opinionib⁹ vide ample cōtra sumulas vbi ostendimus vtrāq;.

L Ritius. Rōndā 8ᵐ. Cōuersio 1ª

Circa diffinitū. nota q̄ conuersio duplr accipit. s. formaliter et materialiter. Cōuersio formaliter ē duo actus vnius aliquarū intentionū trāspositarū: vel duo actus vnius aliquarū intentionum trāspositarum cum duobus actibus negatiuis vel vnius subordinatū illius. Et sic conuersio isto modo nō est aliquid sed aliqua: q̄ vel est duo verba substātiua si simus in affirmatiuis. vel ē duo verba substātiua cū duabus negationibus si simus in negatiuis. et sic est quatuor actus. i. operationes intellectus. Exēplum primi dicēdo. bō est animal. animal est homo. illa duo verba sunt cōuersio formaliter sumpta. Exēpluz secūdi dicēdo. nullus homo est asinus. nullus asinus est homo. hic ecōuersio formaliter loquendo nō est nisi duo verba et due negationes: que oia sunt quatuor actus. Conuersio autē materialiter est aggregatū ex illis actibus et intētionibus que per illos actus transponebant. et sic conuersio adhuc nō est aliquid: nec est propositio: sed est due ꝓpositiones: nec est ꝓsequētia cū ibi deficiat. ly ergo. exēpluz totū hoc. homo est animal. animal est homo. est cōuersio. et prima dicit conuersa; et secunda cōuertens: et isto modo capit in logica et nō primo modo et est terminus scōe hūs duo significata. ¶ Circa diffinitionē intellige eam sic. Conuersio est trāspositio. i. due ꝓpositiones trāspositē. sic q̄ ille terminū qui est subiectum in prima que dicit cōuersa ponit a parte pti in secunda que dicit cōuertens. et ecōuersio. ¶ Cōuersio simplex ꝛc. ¶ Contra istam descriptionē argt primo argumento magri sic. Ista est cōuersio simplex. ſor. est homo/ homo est ſor. et tñ mutat quātitas: q̄ prima est singularis. et scōa indefinita. Igit descriptio mala. Scōo sic. oata ista descriptione: sequit q̄ ois conuersio simplex est pcō trapositionē. ꝓns est falsum et ꝓbat ꝓns sic. Ois trāspositio subiecti in ꝑtez. et ecōuersio. manente eadē qualitate et quātitate est cōuersio simplex: sed ois conuersio p cō trapositionē est hō. igit ꝛc. ¶ Ad primū dicit magister q̄ illa est cōuersio simplex. et negat q̄ nō remanent eadez quātitas dicēs: q̄ per quātitatē intelligit suppositionez terminoz: modo suppō manet ꝓsimilis in conuersa et conuertēte. ¶ Ad 2ᵐ dicit. q̄ diffinitio cōuersionis simplicis hz intelligi cū ꝓcisione sic. Cōuersio simplex est trāspositio subiecti in ꝑtem. et ecōuersio manēte eadem qualitate et quātitate. i. suppōne ꝛc. non mutatio ꝛc. et sic intellecta nō cōperit cōuersioni p trapositionē. ¶ Sed cōtra solones magistri. arguit ꝓmo. q̄ sequit istā esse conuersionē simplicē. ois homo est alal: tm aīal est homo. ꝙ ꝓbat: q̄ est trāspositio ꝛc. manente eadē qualitate et quātitate. i. suppōne si per quātitatē intelligit suppōné. ꝓns est falsum: q̄ illa nō est vūs negativa aut ꝑticularis affirmativa: et sic nō debet cōuerti simplr. ¶ Scōo data ista rō. sequit q̄ a singulari ad vniuersalē valet ꝓntia de forma. ꝙbat: q̄ illa ꝓntia est de forma. ſor. est ois hō. igitur ois homo est ſor. cū sit conuersio simplex p magistrum. ¶ Tertio sequit q̄ ois catbegorica cēt cōuertibilis simpliciter vel p accēns. ꝙbat. ois catbegorica fit se hz q̄ pt fieri in ea trāspositio subiecti in ꝑdicatū: et ecōuersio vel manēte eadē qualitate et quātitate vel mutata quātitate sed si ꝓmū ipsa est cōuertibilis simplr. si scōm p accidēs. igit ꝛc. ¶ Ad primū cōcedo. q̄ illa fm intētionē magistrl et Ochā et alioz est conuersio simplex: neq; illud est inconueniēs: et cōcedit q̄ vniuersalis affirmativa cōuertit simplr. et etiā ꝓpō nō quāta vt exclusiua. et dicit q̄ ille versus. Feci simplr: nō ponit pro regula. sed pro exēplo addiscentiū. ¶ Ad 2ᵐ cōcedit. q̄ vniuersalis sequit de forma ex singulis: sed nō de tali soia a singulari ad vniuersalē: sed de tali a cōuersa ad cōuertētē. neq; inconuenit q̄ vna ꝓntia fm vnā regulā sit de forma: et fm aliam non. ¶ Ad tertiū nego ꝓntiam. q̄ multe sunt catbegorice non cōuertibiles vt ille que nō hñt ꝓdicatū vt statim patebit: concedit tñ q̄ ois catbegorica fit se hz q̄ ipsa vel illa cui subordinat est cōuertibilis simplr vel per accidens oata diffinitione magistri. ¶ Dic sunt quatuor petitiones. Prima ꝙ quid est inuentū hoc capitm. ¶ Rñ. q̄ ideo est inuētum vt syllogismi nō euidēter: qui. s. non sunt facti in quatuor modis primis ꝑme figure reducūtur ad q̄tuor primos ꝑme figure. vt patebit infra. ¶ Secunda petitio que sunt ille ꝓpōnes que nullo modo possunt cōuerti. ¶ Rñ. ꝓmo q̄ nulle ꝓpositiones hypothetice possunt cōuerti: ꝛ bene catbegorice in illis existentes. Scōo. nulla vocalis pōt conuertiq; trāsit. Tertio. nulla catbe. que est ꝓpositio pſubordinationē. vt ly ecō uersio. Quarto. nulla de obliquo extremo. Quinto. nulla de verbo adiectiuo: q̄ iste nō hñt extrema: ꝛ bene dicit q̄ ille qbus subordinant sunt cōuertibiles. ¶ Tertia petitio. quas ꝓpōnes opz vt sciam⁹ cōuertere. ¶ Rñ. q̄ ꝓpter reductionē syllogismoꝝ expedit: vt cēs ꝓpositiones ponibiles in syllogismo vel ille quibus subordinant cōuertant a nobis: et istarū ꝓpōnū alique cōuertuntur simplr: vt vniuersalis negativa: et particularis affirmativa: et valet ꝓntia ab vna ad aliam et ecōuersio: et aliq̄ per accidens: vt vniuersalis affirmativa: et valet consequētia ab illa ad conuertentem: licet non econuerso. et hoc sufficit nobis quantum ad intentionem capituli. ¶ Quarta petitio. que sunt consideranda cum offertur propositio a nobis conuertenda. ¶ Respōdeo q̄ multa. primo si est ibi verbum adiectiuum reducas ad substantiuum: vt ſor. currit. dic ſor. est currens. et post conuerte. Secundo. si est ibi casus obliquus reducas ad rectum: quia aliter illa non est conuertibilis. exemplū. ſor. tis asinus est animal. reducas sic. ſor. est ſor. cuius asinus est animal. deinde conuerte. Tertio serua in conuertente consimilem suppositionem generalē que fuit in cōuersa. exemplum. chimera est dictio. dicas. dictio est ly chimera. similiter non signum. est terminus. dicas. terminus est ly non signum sic q̄ ly chimera. et ly nō signū. stent in vtrāq; materi aliter. Item serua ampliationes et appellationes. exemplum. ſor. fuit animal conuerte sic. q̄ fuit animal est. vel fuit ſor. similiter album videbit nigrum dic. qō erit videns nigrum est vel erit albū. ¶ Sz dices. quomodo cōuertam istam incumbit ſor. currere. dico q̄ ista non est lecabilis in syll'o. ideo non expedit conuertere illam. et in veritate non video q̄ possit conuerti: quia mihi subordinatur vni hypothetice. et credo q̄ etiā tibi sic subordinetur q̄ nō potest ꝓbari. Et idē est dicendum de multis aliis ꝓpositionibus exponibilibus que apparent catbegorice et non sunt.

Ad scōm.

Ad tertiū.

Petitio 1ª Responsio.

Petitio 2ª. Responsio.

Petitio 3ª Responsio.

Petitio 4ª Responsio.

Pau. ſoob. 8 2ᵐ. i. ſopb. 4°. col. 2°. ió. 4°. i. ſopb. 4ª on. 4°.

Pau. pb. pa. p. ou. ſoia.

Circa capitulum conuersionuz aduerte q̄ potest poni in diffinitione conuersionis manente eadez qualitate: quia in omni conuersione manet eadem qualitas. Nota etiam q̄ possum imaginari propositionem conuerti aut vere aut apparenter: vere conuerti non potest aliqua propositio nisi scripta: ita q̄ illud idem quod est subiectum fiat predicatum et econuerso. propositio enim vocalis ex quo non manet per tempus non potest illo modo conuerti: propositio etiam mentalis non potest vere conuerti: quia licet subiectum et predicatū possint per tēpus manere: variatio tñ illius et trāspositio ad bonū sensuz variat copula et nō manet eadē vt tangit a

Manfre. Riorādū 8ᵐ. Riorādū 2ᵐ

M

Tyslbero in scdo principali primi sophismatis: ⁊ tó illa non vere cõuertunt: nisi forte velis qd ad cõuersionē veram non requirit idēritas copule: qđ esset voluntarius.

¶ Apparenter tñ pót quelibet ꝓpositio cõuerti: qz pót sumere tñ similes terminos ⁊ ordinare modo opposito. Notádũ 3m. De tali cõuersione videt Pau. facere mentionē. ¶ Notandũ est vlterius qꝺ in diffinitione ꝙuersionis simplicis ꝺz addi non mutatis terminis finitis in terminos infinitos. Aliter. n. cõuersio simplex esset per ꝓtrapositiones. Notádũ 4m ¶ Aduerte vlterius qꝺ lz dicamus in cõuersione simpliciꝺ. a cõuersa ad cõuertentez esse bonū argm: nolumus tñ inferre ex hoc qꝺ cõuersio sit ꝓfitia: vt ꝓz: lz ex illa possit fieri ꝓfitia. Notádũ 5m ¶ Considera ēt qꝺ lz dicat Pau. qꝺ vñs negatiua ⁊ pticularis vel indefinita: aut singularis affirmatiua cõuertant simpliciter: non tñ hoc est vez de oibus. Ista enim ꝓpositio: ꝙmittit tibi aliqꝺ denarius: non ꝓprie pót cõuerti: ⁊ simili mõ dico de aliis cõsimilibus habentibus subiecta supponẽtia confuse tñ. Diceret tñ Pau. hos non ꝓprie esse pticulares vel indefinitas vt ex ꝓdictis pót patere: sisse est de vñ negativa de inconsueto mõ loquẽdi. Ista. n. quilibet hõ alal nó est: non cõvertit simpliciter: lz dicat Pau. in logica magna. capl'o de cõuersione hanc posse cõuerti: sed de sūā cõuersione nõ est magna vis cū illa nó spectet ad ꝓpositiones sillogizantes. Videt Pau. 2o gran. ꝑ. ou. l. lo. ma. 2o. lo. 122. fo. 3o. Notádũ 6m ¶ Cõsidera vlterius qꝺ sm Pe. Man. nulla ꝓpositio de verbo adiectivo principali est ꝙuertenda aliquo mõ: qz nulla talis sm eũ ꝺz predicatū explicite vel implicite: lz hanc opinionē non insequmur in ꝓposito. Notádũ 7m. ¶ Nota etiā qꝺ in cõuersione simplici nõ est inconueniens aliqꝺ addere. non enim opz semꝑ qꝺ illud idez ꝑcise vel cõsimile qõ est predicatū fiat totū subm: sed sufficit qꝺ teneat se ex parte subiecti. dicẽdo enim. nullus hõ est ois hõ: recte convertitur in hanc. nullū ens ois bõ est aliquis hõ. Notádũ 8m ¶ Cõsidera ēt qꝺ lz Pau. velit in obiectionibus per ąjritatē intelligere suppositionē terminoꝝ: illud tamē non vi veruz qz ex quo cõuersio inuenta est ꝑter reductionē sillogismoꝝ: in reducẽdo aũt illos non solū cõsideramus suppositionē terminoꝝ: sed veram quātitatē: ideo videt tenendū qꝺ pro quātitate sit intelligẽda vera ⁊ ꝓpria quātitas. Jtẽ si per quātitatē solum suppositio intelligit: sequeret qꝺ ista esset bona cõuersio simplex. ois homo ē aial: tñ aial est homo: qz seruat eadez suppositio terminoꝝ ⁊c. diceret tamē Pau. qꝺ in conuersione simplici: si pót seruari vtrūqꝺ. s. suppositio ⁊ ꝓpria quātitas ꝺz seruari vtrqꝺ. si aũt hoc non pót: seruetur saltē cadez suppositio. qꝺ aũt dicit de reductione sillogismoꝝ respondet Pau. qꝺ illud lz veritatē quo ad talē reductionē: sed in ꝓposito largius sumit cõuersionē. Notádũ 9m ¶ Nota etiā qꝺ lex generalis cõuersionis est hec: qꝺ debeat seruari eadē ampliatio terminoꝝ si qua fuerit: ⁊ ideo dicẽdo aliꝺ erit nigrū sic cõuertitur. Jd qõ erit nigruz est vel erit aliꝺ. Etiā vna alia est cõditio cõuersionis qꝺ determinatio cadens sup totū predicatū vel partē: ꝺz etiā poni a parte subiecti: ⁊ ideo dicẽdo aliqõ creans necessario est deus volendo qꝺ ly necessario cadat supra totū: predicatum nõ sic convertit: deus necessario est creans: qz vna est vera: ⁊ alia falsa: sed sic cõuertit. illud qõ necessario est deus est creans. Mõdá 10m ¶ Preter hec nota circa cõuersionē per accidēs qꝺ lz dicat Pau. qꝺ vniuersalis affirmatiua: ⁊ vniuersalis negatiua cõuertant per accīs: hoc tamē non solū est verū de his: sed etiā de particulari aut indefinita aut singulari affirmativa. nam sicut ista. ois homo est animal. cõuertit in hanc. aliqõ animal est homo: ita ecõuerso. ista scda debet ꝓsse cõuerti in illam primaz: hoc etiā patet expresse in reducẽdo baralipton ad barbara. ¶ Nota etiā lz cõuersio per cõtrapositionē nõ sit vtilis ad reductionez syllogismoꝝ: illa tamē ponit pro cõplemento doctrine: etiā est vtilis ꝓpter aliud: qz si termini supponunt pro aliquo existente vel pro aliqbus. si cõuersa est vera ⁊ cõuertens est vera ⁊ ecõuerso: ⁊ nó est verum qꝺ talis implicet cõtradictionē: qz lz non fiat de predicato totū subiectū: sufficit tamē qꝺ fiat pars subiecti: vt ꝓmo notaui. ¶ Videt tamen posse ꝙbari qꝺ non detur cõuersio per cõtrapositionē talē eo modo quo diffinit a Pau. Nam opz in illa seruare eandē suppositionem terminoꝝ: vt exposuit Pau. in obiectionibus: sed hoc non fit in tali cõuersione: vt ꝓz in cõuertendo hanc. aliqua rosa nõ est substantia. nam cõuertitur in hanc. aliqua non substantia nõ est non rosa. vbi ꝓz qꝺ non manet eadē suppositio predicati: qz aduenīēte negatione infinitante illud distribuitur. ¶ Ad quod dicas. qꝺ in rei veritate seruat eadē suppositio terminoꝝ si quis recte inspiciat: vt patez in materia suppositionum ⁊c.

¶ Capitulum de ꝓpone hypothetica.

¶ Cap. 7m primi tractatus tres ꝓtinēs ptes.

Propositio hypothetica: ē illa que hz plures cathegoricas ꝓunctas per notā cõditionis: copulationis: vel disiunctionis: vel alicui istaꝝ equivalentem: vt tu es hõ: ⁊ tu es aial. Tres igit sunt spēs hypotheticaꝝ non equivalētes in significando. vz. conditionalis: copulativa: ⁊ disiunctiva. Alie vero vt localis: causalis: ⁊ tpalis nõ sunt hypothetice: sed cathegorice.

para 3a. c. 7. Diffo ꝓpõnis hypo. Pau. sopho. 11. cõ. 2. l. so. pos. 45. to. l. 8. ꝓn. du. to. l. log. ma. 2a. lo. 127. fa. 2o. ibi dico ergo

Aduerte circa diffinitū qꝺ ꝓpositio hypothetica idē est qõ suppositiua: hypothetica enim ꝺz ab hypos qõ est sub ⁊ thesis positio. l. suppositiua. ¶ Dicit suppositiua: qz vna ps alteri supponit. Verum tamē quelibet hypothetica sit suppositiua dubium est: vide in tractatu cõra summulas. ¶ Aduerte circa diffinitionē qꝺ ly illa. ponit loca' generis: sed ly que hz plures cathegoricas cõiunctas per notā ponit loco differẽtie. per hanc enim particulā differt a cathegorica. Cuiꝰ partes principales sunt subiectuz predicatū ⁊ copula ⁊ non due ꝓpositiones cathegorice: ⁊ ꝑ cathegoricas hic intelligimus veras cathegoricas: ⁊ etiā illas que habẽt modū ⁊ similitudinē cathegoricarū. Oratio aũt hz similitudinē cathegoricarū quādo hz subiectū: predicatū: ⁊ copulā: vt pres principales ąjus nõ sit vera ꝓpositio cathegorica: qz ista est ꝓpõ hypothetica. Si antechristus esset albus antechristus esset coloratus: ⁊ tamē oiones ex qbus cõponit non sunt ꝓprie cathegorice: sed habẽt similitudinē cathegoricarū in habẽdo subiectū predicatum ⁊ copulaz: tanꝯ pres principales sui. ¶ Tres sunt spēs hypothericarū non equiualentiū in significando. s. cõditionalis: copulativa: ⁊ disiunctiva. Alie vero vt localis: causalis: tpalis: nõ sunt hypothetice: sed cathe'ce ⁊c. ¶ Aduerte qꝺ de speciebus ꝓpositionum hypotheticarum sex fuerunt opiniones vt recitat magister in logica magna. Quidā enim tres posuerūt. s. copulativā: disiunctiuā: ⁊ ꝺditionalē. Localis vero sub ꝺditionali intelligitur. ⁊ hec opinio cõis est quaz sequit magister vbiqꝺ. Alij quinqꝺ posuerunt. Alij sex. Alij septē. Alij decem. Alij duodecim. Inter quas opiniones tres famosiores sunt. s. Prima que dicit tres assignatas esse. Scda est. qꝺ dicit esse quinqꝺ illis tribus addendo duas. s. causalez ⁊ tẽporalez: ⁊ hec fuit opinio Guillelmi ferabrich. Tertia est. que dicit esse septē addendo duas. s. localem ⁊ expiratiuaz: cuius nota est ly: ągulis: vel: lz: ⁊ fuit opinio Stro-

Mẽghus. Notádũ 1m

Notádũ 2m

Pe. Man. tra. lo. par. ca. 8o ꝑ. 3m

Pau. sopho. to. l. 32. ꝓn. ꝓ du. to. l. log. magi. 2a. a fo. 124. fa. 3o. ibi posiꝯ. vsq; ad fol. 125m. fa. 4o. ꝓn. Notádũ 3m Pau. lo. ma. 2o. fo. 124. fa. 3o. fi.

dl in p̄equētio suis. Qui vō dixerūt esse ser remouerūt expletiuā ꝛ alīs sex assignabant. Supuenit Paulus pgulensis q posuit octo spēs illis assignatis addēdo effectiuaz: vt qz dies est: sol est sup terrā: ꝛ hoc dico in affirmatiuis: in negatiuis ēt totidē posuit. Qui vō dixerūt decē quoq affirmatiuas assignatas dicebāt ꝛ quoq negatiuas. Qui vō duodecim ser affirmatiuas ponebāt ꝛ sex negatiuas posuerūt. Jn ſūma ergo septē sunt opiones de spēcieb⁹ hypotheticar⁹. Quar⁹ pria melior est meo iudicio: ꝛ iō sequamur istam. ¶ Aduerte 4° q rōnes quare ille tres. s. localis: causalis: ꝛ talis nō sunt hypotheticē ꝟz magistrū ꝟz catheg⁹: tales assignant ab ipso in logica magna: qz nō maiori rōne ille eēnt hypo⁹ q̄ alie ꝓpones cōstitutiue p alias notas aduerbiales vel cōiunctiuas: ꝛ sic silitudinaria, est hypo⁹: vt dicendo scripsi sicut rogasti me. ꝛ socrates rīdet: sicut eū docuit Plato. Silr cōparatiue essent hypotheticē: vt dicēdo taz bonus est socrates q̄ bonus est Plato. ꝛ sic discurrēdo per alias notas aduerbiales: qō est falsum. q aūt sint categorice ꝓbat sic. qz equalent categoricis factis ex ciūlē terminis sola nota resoluta in illud cui equalent. vñ dicēdo qñ socrates currit ipse mouet. equiualet huic. quādocūq socrates currit est cā q ipse moueat. q̄uis ergo plures categoricas cōtinere videātur tanq̄ principales partes. tamē in eis subiectū ꝛ predicatū ꝛ copula sunt principales partes: qz ille orationes sunt: sicut subiectum vel predicatū ꝛc.

Mēghus. Horādū p⁹. Lamissolen es cōdūctiuale.

Rotādū 4⁹.

pare 1ª ca. 7. Manfre. Rotādū p⁹.

Circa propositionē hypotheticā aduerte q ꝟz in illa cōiungunt multe ꝓpositiones categorice: ex illis tñ fit vna ꝓpositio: que vnitas resultat ratione note vnientis vnā cū alia: modo ꝟz ille due ꝓpositiones: tu es homo: tu es aial: nō sunt vna: vbi tñ adderet aliqua illarum trium notarū fierent vna. ¶ Notanter dixit Pau. cōiungunt plures per aliquā notam cōditionis: disiunctionis: ꝛ copulationis vel alicui illarū equiualentiū: qz illa rōnalis: tu es homo: ergo tu es aial: est hypothetica: ꝛ non cōiungunt mediante aliqua illarū trium notarum: sed solū mediante equiualente vni illarū. predicta enim ꝓpositio equinalet vni ꝺditionali: isti. s. si tu es homo: tu es aial ¶ Sed incidit dubiū. vtrum tēporalis localis ꝛ causalis sint hypotheticē: ꝛ videt q sic: qz cōiungunt multe ꝓpositiones categorice mediante aliqua nota: que videt esse sufficiens ad faciendū illam ꝓpositionē esse hypotheticā: sic etiaz nota cōditionis vel alia enumerata a Pau. est sufficiens. ¶ Ad qō respondeo q in rei veritate tales sunt categorice ꝓpositiones: ꝛ nō hypotheticē: vñ hypothetica ꝺz esse vna a nota aliqua qua ablata auferat solū cōiunctio illarū ꝓpositionū categoricarū. non aūt auferat aliqua pars significati totius ꝓpositionis: non sic aūt est de localitēporali ꝛ causali. dicēdo enim ego curro qñ tu sedes: auferendo illud aduerbiū qñ: auferē pars significati illius. s. in eo tēpore quo: vt pz intuenti suo mō sic dicas de localitē causali.

Pau. sopho. 18. cor. 2°. cō. 6ª. l. sopho. 47. 8ª.

Dubitatio.

Solutio.

Instantia.

¶ Et si cōtra hoc arguas q ille sint hypotheticē: qz equalent hypotheticis: dicendo enim ego curro qñ tu sedes: equiualet isti: ego curro in aliquo tpe: ꝛ in eodē tu sedes: ꝛ que est manifeste hypothetica.

Responsio.

¶ Dicat ad hoc q non valet argumentū hoc. Jste due ꝓpositiones equiualent: ꝛ vna est hypothetica: ergo ēt alia: qz fūr probarem q ista esset hypothetica. sor. qui currit loquitur: qz equiualet isti. sor. currit ꝛ ille loquit: ꝛ pro ista mā vide Per. Mantua. in tractatu ꝯsequentiaꝝ. capō de hypotheticis.

Rotādū 5ª

¶ Aduerte ēt q sola cōditionalis vel sibi equiualens est ꝓpriissime hypothetica. i. suppositiua: sed largius sumimus nunc hypotheticam propositionem.

Diffō ꝓpo. condi.

¶ Propositio cōditionalis est illa in qua coniunguntur plures categorice per notam conditionis: vt si tu es homo: tu es animal.

Aduerte q diffinitio sic limitat. Propositio cōditionalis est illa. i. est ꝓpositio in qua coniunguntur plures categorice: vel se habentis per modū categoricarū ꝓpter notā ꝺditionis. Prima particula est loco generis. Secūda loco differētie: per quā differt ab oibus categoricis: ꝛ addit vel sequit habentes p modum categoricarū: vt diffinitio cōperat cuilibet conditionali: qñ illa est ꝺditionalis si antechristus esset alb⁹ ꝛ antechristus esset coloratus: ꝛ tñ non iunguntur in ea plures categorice: sed bene se habētes per modū categoricarū. Si tñ velles supplere dicas q per se categoricas intelligit tam veras categoricas q̄ nō veras. Tertia vero particula est ēt loco differentie per quā differt ab alijs hypotheticis. ¶ Aduerte scōo. q nota cōditionis dupl̄ sumitur. s. conditionaliter ꝛ cōditionalr. Primo mō sumitur qñ cōiungit terminos. Secūdo mō sumitur qñ cōiungit ꝓpositiones. Exēplum primi. vt dicēdo. omne falsum: si est impossibile: non est verū. Exēplū secundi. vt dicendo. si tu es homo: tu es animal.

Mēghus. Rotādū 2ª. N

Rotādū 3ª.

